



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

7. Imperii Geminas Nobile Pignvs A Ves.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

ribus gentis, cuius fides summam semper laudem habuit.

7. IMPERII GEMINAS NOBILE PIGNVS
AVES. Florus. l. 4. c. 2. Tacit. 2. An. Et clades ejus superstites pugnam aut vincula elapsi referebant, hic cecidisse legatos, illic raptas aquilas, quas Germanicus Romanas aves, propria legio-
num numina apud eundem lib. 2. An. appellavit.

8. DESINAT EVPHRATES PARTHOS
MEMORARE TRIVMPHOS. Grave quidem
vulnus clade Crassianâ populus Romanus à Parthis accepit.
Flor. l. 3. c. II. ingens inde fama Euphrati; verùm multis no-
minibus

9. CLARIOR EST CAESO LVPIA
QVINCTILIO: de quo reportata victoria magnum
nomen decusque gerit in elogio, quo Germaniam Tacit. de
morib. Germ. ornavit. Sexentesimum & quadragesimum an-
num urbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum auditas sunt ar-
ma, Cæcilio Metello ac Papirio Carbone Coss. ex quo si ad alterum
Imperatoris Trajani consulatum computemus, ducenti fermè &
decem anni colliguntur, tam diu Germania vincitur. Medio tam
longi ævi spatio multa in vicem damna. Non Samnis, non Pœni,
non Hispaniae Gallieve, ne Parthi quidem sèpius admonuere. quip-
pere regno Arsacis acrior est Germanorum libertas. Quid enim ali-
ud nobis, quam cædem Crassi, amissò & ipse Pacoro, infra Ventidi-
um dejectus Oriens objecerit? At GERMANI, Carbone, & Cassio,
& Scauro Aurelio, & Servilio Cepione, M. quoque Manlio fusis vel
captis, quinque simul consulares exercitus populo Romano; Varum
trésque cum eo legiones etiam Cæsari abstulerunt. nec impunè C.
Marinus in Italiam, divus Julius in Galliam, Drusus ac Nero & Germa-
nicus in suis eos sedibus percülerunt. Mox ingentes C. Cæsar is mi-
ne in ludibrium versæ. Inde otium, donec occasione discordia
nostræ